Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



CXXI.

sine uoce, sic no aperuit
os suum. In humilitate
iudicium eius sublatum est;
generationem eius quis enarrabit;
quoniam tollitur de terra uita eius.
Respondens autem eunuchus philippo dixit ad eum. Obsecro
te de quo propheta dicit hoc;
de se, an de alio aliquo; Aperiens
autem philippus os suum; et incipiens a scriptura ista euan
gelizauit illi iesum. Et dum
irent per uiam uenerunt ad quoda
aquam; et ait eunuchus. Ecce
aqua; quis prohibet me baptizari;
Dixit autem philippus. Si credis
ex toto corde licet. Et respondens
ait. Credo filium dei esse iesum
xpm. Et iussit stare currum.
Et descenderunt uterque in aquam
philippus et eunuchus; et
baptizauit eum. Cum autem
ascendissent de aqua spiritus domi
rapuit philippum; et apli
no uidit eum eunuchus. Ibat
autem per uiam suam gaudens. phi
lippus autem inuentus est in
azoto. Et pertransiens euan
gelizabat ciuitatibus
cunctis donec ueniret cesa
ream nomen domini nostri
iesu xpi. ℣. Hec dies quam
fecit dominus exultemus et letemur in
ea. ℣. Lapidem quem reprobauerunt
edificantes hic factus est in caput
anguli a domino factum est istud et est
mirabile in oculis nostris. Alla;
In die resurrectionis mee dicit
dominus precedam uos in galileam iohm.
In illo t Maria stabat ad
monumentum foris plorans.
Dum g fleret; inclinauit
se et prospexit in monumentum.
Et uidit duos angelos in
albis sedentes: unum ad ca
put et unum ad pedes ubi
positum fuerat corpus iesu.
Dicunt ei illi. Mlr; quid
ploras; Dicit eis. Quia
tulerunt dominum meum; et ne
scio ubi posuerunt eum.
Hec cum dixisset conuersa est
retrorsum et uidit iesum stantem;
et nesciebat quia iesus est. Dicit
ei iesus. Mlr; quid ploras;
Quem quris; Illa existimans
quia ortulanus esset dicit ei.
Domine; si tu sustulisti eum